Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



IERE

cedentes fuerunt fortes eius. aut do-
que supplantari non poterit multiplica-
ti sunt super locustas et non est eis
numerus. Confusa est filia egip-
ti. et tradita in manu populi aquilonis.
Dixit dominus exercituum deus israel.
Ecce ego visitabo super tumultum
alexandre. et super egyptum. et super deos
eius. et super pharonem. et super reges eius.
et super eos qui confidunt in eo. et dabo
eos in manu querentium animas eorum.
et in manu nabuchodonosor regis babylonis.
et in manu seruorum eius. Et post hec habitabitur
quasi diebus pristinis ait dominus. Et tu ne timeas
serue meus iacob. et ne paueas
israel. quia ecce ego saluum te faciam
de longinquo. et semen tuum de terra
captiuitatis sue. et reuertetur iacob
et requiescet. et prosperabitur. et non erit
qui exterreat eum. Et tu noli timere
serue meus iacob ait dominus:
quia tecum ego sum. quia consumam
ego cunctas gentes ad quas eieci te.
te uero non consumam. sed castigabo te
in iudicio. nec quasi innocentem par-
cam tibi. Capitulum. xxx.vii.
Quod factum est uerbum domini
ad ieremiam prophetam contra
palestinos. antequam percuteret
pharaon gazam. Hec dicit dominus.
Ecce aque ascendunt ab aquilone.
et erunt quasi torrens inundans. et oper-
ient terram et plenitudinem eius.
urbem et habitatores eius. Clamabunt
homines et ululabunt omnes ha-
bitatores terre. a strepitu pompe arma-
tore et bellatoris eius. et a commotione
quadigarum eius. et multitudine ro-
tarum illius. Non respexerunt patres
filios manibus dissolutis. pro debili-
tate diei huius. quia uastabuntur omnes
philistiim. et disperdet tyrus et sy-
don. cum omnibus reliquis. et auxi-
liis suis. De plagatus est gaza
palestinos. reliquias insule capa-
dotie. Venit calumpnia super gazam.
cecidit ascalon. et reliquie uallis eorum.
Usque quo secaris. o uiro domini.
usque quo non quiescis. Ingredere
in uaginam tuam. refrigerare. et silere.
Quomodo requiescere cum dominus pre-
cepit ei aduersum ascalonem. et ad
uersus maritimas eius regiones ibique
constituit ei. Capitulum. xxx.viii.
Hec dicit dominus exer-
cituum deus israel. ad moab.
Ue super nabo quia uastata
est. et confusa capta est cari-
mathaim. confusa est fortis et cor-
runpitur. non est exultatio in moab.
contra eseebon cogitauerunt malum. Uen-
ite disperdamus eam de gente. Ergo
silens conquiescet. securus te gladius.
Uox clamoris de oronaim. uastitas et contritio magna. Contrita
est moab. annuntiate clamorem pu-
ruli eius. Quia ascensum eius luith
plorans ascendit in fletu. quia in
descensu oronaim hostes ululatum
contritionis audierunt. Fugite salua-
te animas uestras. et estote quasi myrice
in deserto. Quia ecce confidisti in operibus
tuis. et in thesauris tuis. tu quoque capieris.
et ibit chamos in transmigrationem.
sacerdotes eius et principes eius si-
mul. et ueniet pro ad omnem urbem.
et urbs nulla saluabitur. et peribunt val-
les. et disperdentur campestria. quia
dixit dominus. date florem moab.
quia florens egredietur. et ciuitates
eius deserte erunt. et inhabitabiles.
Maledictus qui facit opus domi